

H
B
18
14 (115)

SANCTISSIMÆ
 DEI-PARÆ
 SUB
 FRAGRANTI
 NAZARETH
 Titulo
 NUNCUPATÆ



*A M bene cum florem redolet, Virgo aurea, nomen,
 Ingenij primum flos Tibi munus erit.
 Flos simul, & fructus Tibi sint hæc dona laboris,
 Queis nisi nil gratum, qui Tuus extat honos.
 Nempe Tuū est, quidquid mens spirat, & halat odoris,
 Et modo fac roseum, vernet ut ante decus.
 Audeat & forsan siquis violare decorem;
 Ingenij facilem præstet acumen opem.
 Sic licet hic venti persflent, fremat horridus Auster,
 Serta prius Thesium florea conde sinu.
 Auxilijs faveat mihi blandior aura ferenti:
 Nominis & flores protegat illa Tuos.
 Ungue petant alij, careant quod nomine, flores;
 Virgineum hi nomen, quo tueantur, habent.
 Hos modo Divino precor ò lege pollice, Virgo,
 Cum digito nequeant nobiliore legi.
 Flos Tibi nomen inest, nomen mihi floribus extat.
 Nominis utque Tui, sit quoque cura mei.*

D.V.O.&C.

SANCTISSIMAE
DEIPARAE

SUB

FRAGRANTI

NAZARETH

Titulo

NUNCUPATAE

A M. bene cum horum redolent, Virgo aurea, nomen
Ingenij primium hos Tibi munus erit.
Flos sumus, & sanctus Tibi sunt haec dona laboris,
Quis tibi nil gratum, nisi Tuae erat bonos.
Nempe Tuus es, quidquid mens sperat, & palat odoris,
Et modo fac tuum, ut me ut ante deus.
Audent & forsari speris violare decorum;
Ingenij factum praeferat acumen operum.
Sic fiet hic vultu perferat, ferunt porridus Auspex,
Sera prius Tibi sum horum condas sua.
Auribus faciat tibi blandior aura ferenti;
Nominis & flores protegat illa Tuo.
Quae ne petant alij, carcant quod nomine, flores;
Virginium si nomen, quo tucantur, habent.
Hos modo Divino precor o lege pollice, Virgo,
Cum digito nequeant nobilitate legi.
Flos Tibi nomen inest, nomen mihi floribus extor.
Nominis in hac Tibi, sit quodae cura mei.



D.V.O.&C.

18
14 (12)

PROPRIMO
 IN ACADEMICO CERTAMINE
 LITERARUM EXAMINE SUBEUNDO
 CÆSAREAS
 CONCLUSIONES
 DEDUCTAS

EX
 ELEGANTER, AUREOQUE STYLO SUBTI-
 liter notatis ad perutilem titulum, & materiam in
 Rub. Cod. de Heredibus Instituendis, & quæ per-
 sonæ institui non possunt lib. 6. tit. 24.

Præside

NOBILISSIMO, AC SAPIENTISSIMO
 DOMINO D.

EMMANUELE GOMES
 DE CARVALHO

IN PONTIFICIO DIVI PETRI COLLEGIO COLLEGA OR-
natissimo, in florentissima Colimbriensi Academia Juris Cæsarei
Professore, & Institutionum Cathedræ Moderatore subti-
lissimo, & ad maiora dignitatum culmina pro
meritis destinato,

Defendendas proponit

STEPHANUS LOPES HENRIQUES

2^o Aprilis Suo 5. Juris Civilis anno *hora 5^a vesp.*

QUÆSTIO PRINCIPALIS
 VENTILANDA PROPONITUR:

Utrum recte heredis institutio fieri possit verbis contumeliosis?

PROPRIO
IN ACADEMICO CERTAMINE
LITTERARUM EXAMINE SUBIUNDO
CAESARES
CONCLUSIONES
DEDUCTAS

EX
ELEGANTER, AUREOQUE STYLO SUBTI-
lier notata ad potestatem titulum, & materiam in
Rub. Cod. de Heredibus Instituentibus, & que per-
tinet institui non possunt lib. 6. tit. 24.

Præfata

NOBILISSIMO, AC SAPIENTISSIMO
DOMINO D.
EMMANUELE GOMES
DE CARVALHO

IN PONTIFICIO DIVI PETRI COLLEGIO COLLEGA OR-
natissimo, in potentissimo Collegio Academiæ Juris Casari
Professoris, & Institutionum Cathedrae Moderatoris subri-
tissimo, & ad maiorem dignitatem cultum pro
meritis destinato,

Defendendas proponit
STEPHANUS LOPES HENRIQUES
anno 1717. Juris Civilis anno
QUESTIO PRINCIPALIS

VENTILANDA PROPONITUR:
Utrum recte heredes institutio fieri possit verbis contrariis?

Circa continuationē nostri Tituli, ad præcelentemque etymolo- giā nominis heredis ad Ru- bricam nostram ibi *He- redibus.*



N jure nostro dari titulorum continuationem, ita ut in illo tituli cohæreant, & recto ordine constituantur, apud omnes est in confesso.

Sed jam pullulat inquirendum: an titulus noster post titulum de testamentis, & quemadmodum testamenta infirmentur, congruenter collocatus existat? Quis inficiabitur.

Idem-ne esset judicandum, si titulus noster post titulū de Codicillis assignaretur? Minimè asseveramus.

Percontaberis: an ista investigatio circa titulorum continuationem aliquam secum afferat utilitatem? Magnam afferre utilitatem totis viribus affirmamus.

5 Cujuscunque rei etymologia est quædam nominis explicatio, seu declaratio, qua res ita nominatur.

6 Ex hinc nascitur illa amplissima quæstio, scilicet à quo verbo suam etymologiā nomen *Heres*, trahere dicatur? In sequentibus paucis expedimus.

7 Quare nos saniori D.D. sententiæ adhærentes, hoc nomen *heres* a verbo *hero* originem trahere, firmo pede asseveramus.

8 Unde sequitur, quod hoc nomen *heres* sine diptongo scribi debet.

9 Heredem dividi in heredem necessarium; suum, & necessarium, voluntariumque controversiam non patitur.

10 Heres necessarius dicitur servus à domino proprio institutus, qui tempore mortis testatoris sub dominica potestate persistit.

11 Suus, & necessarius vocatur filius, qui sub patris potestate tempore mortis existit, vel tempore delatæ hereditatis in familia proximus extitit.

12 Extraneus heres ille appellatur, qui nec sub sacris paternis, nec testatoris dominio unquam fuit.

13 Quam divisionem optimam esse, & secundum morem nostris consulis usitatum compositam fuisse defendimus.

14 Operosior adest difficultas, utrum scilicet quarta detur species heredis misti, qui simul suus, & extraneus sit? Negantibus subscribimus.

15 Altera non inferior insurgit dilceptatio, an post beneficium abstentionis à Præ-tore indultum adhuc heredes sui dentur? Annuimus.

- 16 Similiter illis per tale beneficium necessitatem ademptam non esse absque hæ-
sitatione resolvimus.
- 17 Filius emancipatus suus heres non dicitur; quia in illo patria potestas defecit.
- 18 Unde venit, quod filius emancipatus hereditatem patris non aditam ad suos he-
redes transmittere nullo modo potest.
- 19 Quod supradictum intelligendum est, non posse filium emancipatum transmit-
tere hereditatem tanquam acquisitam; aliter verò tanquam acquirendam.
- 20 Curiosè inquire, an in nostro titulo agatur simul de heredibus necessariis; suis
& necessariis; & extraneis, an de aliqua tantum heredum specie.
- 21 Tametsi ex sua generalitate omnes heredis species comprehendere non inficia-
mur; attamen de heredibus extraneis in specie agere affirmamus.
- 22 Heres alij dicuntur ex testamento, alij ab intestato nuncupantur.
- 23 Heredes ex testamento sunt illi, qui in testamento instituti inveniuntur.
- 24 Heredes ab intestato vocantur, qui a lege, & non testatoris dispositione here-
ditatem consequuntur? Affirmative resolvimus.
- 25 Ergo de institutis titulum nostrum agere jam in propatulo est.

Pro etymologia verbi *Instituendis* Ad nostram Rubricam ibi *Instituendis.*



- 26 **G**ERUNDIUM *Instituendis*, de quo agitur in no-
stra Rubrica à verbo *Instituo* suam trahere origi-
nem, certissimum est.
- 27 Verbum *Instituo* ultra multiplices significationes, de
quibus apud latinæ linguæ professores, quoad no-
strum intentum in generica, & specifica significatio-
ne accipitur.
- 28 Unde rectè quæritur, an gerundium *Instituendis*, in
nostra Rubrica positum, sumi debeat proprie, & spe-
cifice: an latè, & generice? Specificè, & propriè su-
mi pro veritate asserimus.
- 29 Non incongrue quæri potest: Utrum nostrum gerundium *Instituendis* necessi-
tatem denoter, affirmantibus adhæreo.
- 30 At prædicta necessitas, non facta relatione ad testatorem, sed tantummodo res-
pectu testamenti viget.
- 31 Unde satis laboriosa inter DD. dubitatio exoritur: Utrum verbum *Instituo* à
verbo *Substituo* discriminetur.
- 32 Nos vero firmiter nixi fundamentis differentiam constituimus; si specificè,
& propriè sumatur, institutionem primo gradu factam importare affirmamus.
- 33 Si vero verbum *Instituo* generice, lateque consideretur, prout institutionem he-
redis

- 34 redis quocunque gradu factam denotat, eo in casu à verbo, Substituo, neutiquam discriminare asseveramus.
- 34 Inquires tamen, quando verbum Institutio generice, aut specificè sumendum sit? Facile hoc resolvi non potest, cū hujusmodi resolutio ex testatoris voluntate pendeat.
- 35 Itaque si conjecturæ in testamento non existant, ex quibus cognosci possit voluntas disponentis, ad materiam subjectam recurrendum erit.
- 36 Si tamen ex materia subjecta, nec intelligi possit voluntas, tunc in dubio verbum Institutio specificè sumi debere, & opinioni affirmantium subscribimus.

Pro heredis institutione in testamento faciendâ, ejusque necessitate.

Ad Juris Consultum Scævola libro 13. Digestorum in lege Scævola 36. Digestis ad Senatus Consultus Trebelianum. Et ad Imperatorē Justinianū in §. ante heredis 34. Institutis de legatis.



- 37 **G**RAVISSIMA jam adest disceptatio, Utrum institutio heredis præcise, & necessarie ad validitatem testamenti requiratur.
- 38 Præcisam esse, itaut sine illa testamentum nequeat subsistere, tenaciter autumamus.
- 39 Quid dicendum de jure authenticorum? Institutio heredis hoc jure inspecto, etiã in testamento necessarie desideratur.
- 40 Etiam inspecto jure Canonico, & attento jure regio heredis institutionem ad validitatem testamenti requiri asserimus.
- 41 Difficillima venit quæstio: an scilicet in Codicillis institutio heredis fieri valide possit? Non posse affirmamus.
- 42 Quod quidem assertum etiam viget casu, quo Codicilli in testamento confirmati proponuntur.
- 43 Nominationem, sive heredis declarationem in Codicillis fieri posse, non inficiamur.
- 44 Quod sane aliter non procedit, nisi quando præcedit testamentum, in quo circa heredis institutionem dispositio contineatur.
- 45 Quemadmodum institutio heredis in Codicillis fieri nequit, ita similiter ademptio scribi non valet.
- 46 Quæstio jam pullulat, Utrum saltem in Codicillis conditio circa heredis institutionem apponi poterit? Negantium vexilla amplectimur.
- 47 Elegans jam venit quæstio, Utrum miles in Codicillis heredis institutionē queat facere? Non posse asseveramus.

- 48 Verum enim prædicta resolutio non procedit, quando Codicilli testamento cōfirmantur.
- 49 Si rationem differentiæ inter utrunque casum exaudire volueris, in certamine explanationem discriminis intelliges.
- 50 Dubium non leve occurrit examinandum, Utrum in testamento ad pias causas condito necessaria sit ad ejus validitatem heredis institutio? Ut verius non negamus.
- 51 Non minus difficile excitatur jurgium: an militis testamentum non communi, sed militari jure factum exigat heredis institutionem, ut firmitate polleat? Heredis institutionem in tali testamento desiderari decernimus.
- 52 Testamentum inter liberos conditum, absque heredis institutione esse inutile; omnibus notum est.

Quo loco heredis institutio in testamento scribi valeat.

Ad Juris Consultū Ulpianum libro 1. ad Sabinū in lege 1. in principio Digesti de heredibus instituendis, & ad Imperatorē Diocletianū in §. ante heredis 34. Institutis de legatis.

- 53 **C**AUTUM erat in pristina legum dispositione institutionē heredis in principio testamēti scribi debere ad hoc, ut valide cæteræ dispositiones manere possent.
- 54 Quapropter dubitari potest, Utrum si aliquid ante heredis institutionem fuisset scriptum, institutio ipsa infirmaretur? Minimè gentium.
- 55 Ab hac regula excipiebatur exheredatio filij, ab illa nanque poterat etiam testamentum initium facere.
- 56 Indagatur, an exheredatio posthumi valide fieri queat ante heredis institutionē, attento Digestorum jure? Negari non potest.
- 57 Verum si exheredatio respectu filiæ ante institutionem heredis fuisset adscripta? Digestorum tempore non subsistebat.
- 58 Anceps quæstio est, an Digestorum tempore libertas ante institutionem relinqui potuisset? Negantium vestigia sequimur.
- 59 Similiter inquires, Utrum substitutio pupillaris valide ante institutionem heredis fieri posset? Nullatenus,
- 60 Circa substitutionem vulgarem contrariam sententiam resolvimus.
- 61 Tutoris datio Digestorum jure inspecto, ante institutionem heredis scribi non valet.
- 62 Fideicommissa ante heredis institutionem relinqui bene poterant.
- 63 Difficile dubium venit, Utrum heres sine parte institutus in novissimo testamento loco scribi potuisset; ita ut legata, & libertates, ceteraque omnia ante scripta firma manerent? Negare placet.

- 64 Legatum relictum ante heredis institutionem de jure antiquo inutile erat.
- 65 Inquires: Utrum talia legata olim inter medias heredum institutiones relinqui possent? Nemo negabit
- 66 Ex nova Imperatoris Justiniani constitutione in quacunq[ue] testamenti parte institutio scribi potest.
- 67 Post predictam constitutionem libertates, & legata ante heredis institutionem scripta valent.
- 68 Quod quidem non solum procedit, quando non ex testatoris mente, sed scribentis imperitia libertates, & legata ita scripta inveniuntur.
- 69 Vulgaris non adest difficultas: an in testamento caeci adhuc hodie vigeat juris antiqui regula, ut in illo caecus legata, & libertates ante institutionem nequeat scribere? Negantium sententia arridet.

De verbis necessariis ad heredis institutionem.

Ad eundem Juris Consultum Ulpianum libro 1. ad Sabinum in lege 1. §. qui neque 3. de heredibus instituendis.

- 70
- 71
- 72
- 73
- 74
- 75
- 76
- 77
- 78
- 79



VERBA alia sunt directa; alia obliqua, & communia alia.

Olim institutio heredis verbis directis, & imperativis fieri debebat.

Unde sequitur, quod verbis obliquis inutiliter testator heredis institutionem faciebat.

Institutio verbis communibus facta etiam invalide dicebatur.

Rogabis, an, si testator ita disponderet: *Titium heredem instituo*, recte testaret? Negamus.

Si testator ita scriberet: *Ego te heredem facio*, etiam institutio non bene concipiebatur.

Si testator ita scriberet: *Ego te heredem relinquo*, non bene testatur.

Hoc loco lubintrat illa extricabilis quaestio, Utrum scilicet media Jurisprudenciae tempore verbum *Lego* adjunctum, universitati bonorum heredis institutionem inducat? Negantibus subscribimus.

Attamen attento antiquissimo legis duodecim Tabularum tempore per verbum *Lego*, heredis institutionem recte fieri, opinionem negativam nemo sustinere valet.

Utrum legata, utroque tempore inspecto, per verbum *Lego* licitum fuisset unicuique relinquere? Omnes firmo pede asseveramus.

Circa

Substitutio prius scribi potest, & postea institutio.

Circa eandem materiam.

Ad Imperatorē Constantinū in lege Quoniā indignum 15. Cod. de testam.

80



OST novam Imperatoris Constantini decisionē quibuscunque verbis heredis institutionem fieri valere decernimus.

81

At intellige prædictam resolutionem, quod scilicet, si verbis communibus institutio sit facta, necessario requiratur, ut universitati bonorū, prædicta verba adjiciantur.

82

Si vero obliquis verbis fiat institutio heredis ad validitatem ipsius institutionis, de voluntate testatoris constare debere affirmamus.

83

Neutrum vero requiritur, quando verbis directis, & imperativis testator disposuerit.

84

Nobile dubiū est, Utrum testator in articulo mortis constitutus, balbutiente lingua, nihilominus heredē instituere possit? Heredē instituere posse annuimus.

85

Quod sane intellige, si testator intellectu non careat, verbaque intelligibilia pronunciet.

86

Recte condidit institutionem testator, qui interrogatus, de quo instituendo, *Titium* v. g. respondet? Affirmantibus adhæremus.

87

Proximam resolutionem etiam habere locū, quādo testator privatim tabellioni aliquem heredem scribere jubet, postea vero convocatis testibus, corā illis testator interrogatus à tabellione, an placeat? Respondeat *Sic*, non negamus.

88

Nobilis insurgit quæstio: Utrum si testator interrogatus, *Instituis me, vel Titium instituis?* Respondeat verbum *sic*; ex tali forma inducere heredis institutionem affirmative resolvimus.

89

Alia, & non facilis difficultas est, an si institutione deficiat unum verbum ex his tribus, v. g. *Lucius heres esto*, secundum Ulpianum inducatur heredis institutio; affirmative defendimus.

90

Ventilanda exoritur disceptatio inter DD. sane anceps; Utrum si in institutione solummodo *Lucius*, inveniat, sit sufficiens ad heredis institutionem inducendam? Sufficere asseveramus.

91

Adverte prædictam resolutionem tantummodo in eo casu locum habere, quādo in testamento invenitur aliud verbum, v. g. *de tota*, vel *ex tota*, ex quo voluntas testatoris colligatur.

92

Similiter etiam procedit, quando à testatore plus fuit nuncupatum, & errore scribentis minus scriptum reperitur.

93

Quæstio difficilis, quæ multorum DD. ingenia vexavit, insurgit discutienda, Utrum heredis institutio, in qua exprimuntur verba contumeliosa, valida sit? Pro certo defendimus.

94

Dubitator inquires: Utrum exheredatio verbis contumeliosis fieri valeat? Pro liditate contendimus.

95

Magna dubitatio est: Utrum tempore Digestorum institutio heredis in quacunque lingua fieri potuisset? Tantum latina effici posse decidimus.

96 Quod

- 96 Quod sane limitatur in stipulatione, acceptilatione, & fidejussione, siquidem in quacunq[ue] celebrari poterant.
- 97 Quid dicendun[um] erit, si ad Cōstantini tempus adveniamus; quod virtute ejus constitutionis institutio in quacunq[ue] lingua fieri valet.
- 98 Difficilis, inextricabilisque locum sibi jam vendicat quæstio: Utrum institutio heredis nutu fieri possit? Negantium arridet sententia.
- 99 Aurea, utilis, atque difficilis quæstio jam proponitur: Utrum heredis institutio ex cōjecturis induci possit? Pro negativa sentētia firmo pede propugnabimus.
- 100 Quæritur pro coronide, an fideicommissum recte ex conjecturis induci possit? Non erubescimus gladio evaginato asserere.

Pro substitutione in genere, & substituendi facultate.

Ad Juris Consultum Marrianum lib. 4. Inst. l. Potest qui 36. ff. de Vulgari substitutione.



SUBSTITUTIO vel potest sumi lata, vel stricta significatione.
 Quando late, vel stricte sit sumenda, materia subjecta resolvit.
 Substitutio stricta introducta fuit ex eisdem causis, ex quibus heredis institutio.
 Unde potest testator in suo testamento multos gradus heredum facere.

Pro natura, & definitione substitutionis, & de his, quæ sub ipsa comprehenduntur.

Ad Juris Consultum Modestinū lib. 2. Pandectarū in l. 1. ff. de Vulgari.




SUBSTITUTIO optime definitur: *Secunda heredis institutio.*
 Tertio, vel quarto gradu facta substitutio secunda semper dicitur institutio.
 Pupillaris substitutio in hac definitione cōprehēditur
 Idem affirmare debemus de substitutione filij exheredato facta.
 Substitutio vere, & proprie institutio dici nequit.
 Si tamen in genere sumas substitutionem, tunc idem est, ac institutio.

11 Substitutio prius scribi potest, & postea institutio. 12 Substi-

- 12 Substitutio pupillaris scribi nequit ante heredis institutionem.
- 13 Quod solum procedit de jure antiquo, secus vero de jure novo.
- 14 Substitutus ad hereditatem admitti non potest, dum ab instituto adiri potest.
- 15 Ex quo præcedenti non immerito jam pullulat valde difficilis quæstio, Utrum concursus instituti, & substituti ad hereditatem simul admittatur? Negantiū vestigia sequimur.
- 16 Valide insurgit dubium, Utrum eadem persona possit institui, & simul substitui sibi? Negantium nobis arridet sententia.
- 17 Si tamen mutetur causa institutionis in substitutione, hoc fieri poterit, sicut etiā si dentur duo gradus.
- 18 Diminutio legatorum in substitutione non præstat causæ mutationem.
- 19 Et ita patet, quod vera causæ mutatio in substitutione est, quod secundam affert successionem.
- 20 Non absque formidine quæritur, Utrum substitutio in Codicillis fieri possit? Ut cohærenter procedamus, negative defendimus.
- 21 Quod etiam procedit in codicillis testamento confirmatis.
- 22 In his tamen miles propter vastum ejus privilegium directe substituere poterit.
- 23 Nobilis dubitatio propugnanda venit, Utrum substitutio fideicommissaria sit vera, & propria substitutio? Negative resolvimus.
- 24 Unde venit, si in aliqua lege simpliciter fiat mentio substitutionis, fideicommissaria nō comprehenditur, nisi contrarium suadeat materia subjecta.

Pro substitutione vulgari, ejusque natura, & qua forma fieri debeat.

Ad Imperat. Alexand. in l. Cum proponas 3. Cod. de heredib. inst.

- 25  ULGARIS substitutio ita appellatur propter vulgare formam, qua fit.
- 26 Definitur: *Est secunda heredis institutio, quæ cuilibet fieri, & à quolibet potest.*
- 27 Substitutionis vulgari forma est: *Lucius heres esto: si Lucius heres non erit, Seyus heres esto.*
- 28 Unde nostræ substitutionis essentia consistit in forma negativa.
- 29 Substitutio vulgari duplicem continet casum, impotentia, & voluntatis, & in utroque verificatur.

Pro

Pro extenfione, & divifione Substitutionis vulgaris, & à quo jure proveniat.

Ad J.C. Modestinum lib. fing. de Eurenat. in l. Jam hoc jure 4. ff. de Vulg.

30
31
32
33



DIFFICULTATEM, subtilitatemque in defendenda quæstione, Utrum quando testator unum tantum casum expressit, nempe impotentia, fiat extensio ad omissum, scilicet noluntatis? Vincit utilitas affirmando. Quæ quidem resolutio procedit, quando substitutio fit per verba singularia. Si tamen casui expresso apponatur taxativa, ad omissum non fit extensio. Particula *tunc* non habet vim taxativæ, nisi contrarium constet ex voluntate testatoris.

- 34 Si curiose quæras, an ista substitutio sic facta, simplex, & duplex esset? Simplem esse affirmamus.
- 35 Facultas substituendi vulgariter à jure gentium provenit.
- 36 Jus autem Civile substitutioni nomen, formamque dedit.
- 37 Nostra substitutio ex natura sua est actus conditionalis.
- 38 Apud omnes in expressam, & tacitam dividitur.
- 39 Aliqui existimant dari substitutionem vulgarem mistam, sed non bene.

Pro effectibus substitutionis vulgaris.

Ad J.C. Ulpian. lib. 6. ad Sabin. & lib. 6. ad Edict. in l. Quandiu 3. & l. Quandiu 69. ff. de Acq. hered.

40
41
42
43
44
45



ER substitutionem vulgarem factam filio suo, non tollitur jus sunitatis. Imo nec necessitatis jus per hanc substitutionem tolli asserimus. Quæ substitutio facta adhuc comprehendit utrumque casum. Etiam si substitutio vulgaris fiat servo jus necessitatis non tollitur. Quo in casu substitutio solum casum impotentia comprehendit.

Substitutus non excludit transmissarios, hoc est, illos sui heredes; qui sunitatis jure transmittunt hereditatem non aditam

46 Idem

- 46 Idem iudicamus in transmissariis, qui veniunt ex potentia sanguinis.
 47 Quo privilegio gaudent etiam transmissarij ex capite juris deliberandi.
 48 Si testamentū à primo gradu institutionis nō valeat, à secundo valere incipit.
 49 Unde deficiente instituto, substitutus succedit testatori tanquam verus heres.
 50 Et hinc, si filiusfamilias repudiet hereditatē, non pater, sed substitutus admittitur.
 51 Quod simpliciter procedit in servo instituto repudiante hereditatem absque cō-
 sentu domini, admittitur etiam substitutus.
 52 An autem statim post repudiationem servi? Roganti declarabimus
 53 Repudiāte etiā Monacho hereditatē, non Monasteriū, sed substitutus eā conse-
 quitur.
 54 Jus adeundi hereditatem personæ Monachi cohæret.
 55 Si indignus habens substitutum repudiet hereditatem, substitutum fisco perfe-
 rendum contendimus.
 56 Quod etiam procedit, quando institutus post indignitatem commissam sibi de-
 latam hereditatem expresse repudiat.
 57 Quod limitabis; si institutus post hereditatis aditionem indignus fiat.
 58 Substitutus vulgaris jus accrescendi excludit.
 59 Aliter vero, si voluntas testatoris pro jure accrescendi pugnet.
 60 Vel si in eādē persona substitutus, & jus accrescendi consistant:
 61 Substitutio vulgaris tacita inclusa in pupillari expressa, etiam jus accrescendi ex-
 cludit.
 62 Verus effectus nostræ substitutionis nō est, quod cōprehendat tacitā pupillarem.
 63 Nec etiam, quod substitutus teneatur solvere legata ab intestato relicta.

Quibus modis vulgaris substitutio evanescit.

*Ad Imperat. Dioclet. & Maximian. in L. Post aditam 5. Cod.
de Impub. &c.*

- 64 **P**ER aditionem hereditatis expirat nostra substitutio.
 65 Per existentiam sui heredis non tollitur.
 66 Si minor restituatur adversus aditionem hereditatis,
 admittitur substitutus.
 67 Sed non de Jure Civili, ita vero de jure Prætorio.
 68 Per aditionem hereditatis non solum quoad primum
 gradum, sed etiam quoad cæteros extinguitur sub-
 stitutio.
 69 Idem esto, si heres bonorum possessionem secundum
 Tabulas agnoscat.
 70 Vulgaris tacita in pupillari expressa contenta per adventū pubertatis non finitur.

Ad J. Conf. Florent. in l. Ut vim 3. ff. de Justitia, & jure.



- 1 NEMO dubitat, quod vim, aut injuriam perpulsare
 2 veniat ex jure gentium.
 3 Hoc tantummodo procedit cum limitatione, scilicet
 4 moderaminis inculpatæ tutelæ.
 5 Si quæras; moderamen inculpatæ tutelæ in quo con-
 sistat? Respondemus in his tribus, nempe circa
 6 tempus, circa modum, circa causam.
 7 Defensio autem provenit à jure Can. Div. & Civili.
 8 Ex quo inquirendum venit, Utrum aggressus tenea-
 9 tur primum aggressoris ictum expectare, ut se defen-
 10 dat? Negantium opinioni adhæremus.
 11 Unde etiam venit, Utrum aggressus teneatur aufugere, cum aufugiendo pericu-
 12 lum vis illatæ evitare possit? Negando contendimus.
 13 Hoc non procedit, quādo quis sine dedecore, & lapsus periculo aufugere potest.
 14 Quæstio adeò difficilis est, Utrū Clerici teneantur semper aufugere, si periculum
 15 evadant? Affirmantium vestigia asseveramus.
 16 Propriæ vitæ defensio Clericis, & Religiosis permessa est.
 17 Non incongruenter quæres: Utrum incurrat irregularitatem, qui cum modera-
 mine inculpatæ tutelæ aggressorem interfecit? Negantiū opinioni annuimus.
 18 Qui Clericum cum moderamine inculpatæ tutelæ interfecit, seu percussit, excō-
 19 municatione non ligatur,
 20 Defensio quocunque loco permessa est.
 21 Etiam procedit, si in Ecclesia, & in conspectu Regis fiat.
 22 Quæres: Utrum defensio sit licita, non solum pro se ipso tuendo, sed etiam pro
 23 tuendis conjunctis vinculo sanguinis, & amicitia? Affirmative opinioni ar-
 24 ridemus.
 25 Nemo negabit. quod adversus Principem Supremum vim injuste inferentem,
 26 permittatur defensio.
 27 Non licet etiam solum minis instantem occidere.
 28 Quæstio gravissima proponenda venit, Utrum bannitus etiam cum moderamine
 29 inculpatæ tutelæ adversus aggressorem valeat se defendere? Negativè pro-
 30 cedimus.

CONIMBRICÆ:

Ex Typ. in REGALI ARTIUM COLLEGIO Societatis JESU, Anno Dñi 1719.
 Cum facultate Superiorum.



EMO dicitur, quod vim, ad injuriam percellere
Hoc tantummodo procedit cum limitatione, scilicet
moderata inculpata tunc.
Si quis; moderata inculpata tunc, in quo con-
sistit? Respondemus in his tribus; nempe circa
tempus, circa modum, circa causam.
Delictio autem provenit a Jure Can. Div. & Civili.
Ex quo indicandum venit, Utrum agere sit tenes-
tum primum agere illis ictum expectare, ut deca-



dat? Negantium opinionem adheremus.
Unde etiam venit, Utrum agere sit tenes-
tum vis illata; evitare possit? Negando contendimus.
Hoc non procedit, quia dicitur de decore, & lapsus periculo agere potest.
Quisio adeo difficilis est, Utrum Clerici teneantur agere, si periculum
advant? Affirmative videtur, si agere possint.
Proprie vitæ habentis Clerici, de Regibus permissa est.
Non incongrue dicitur: Utrum in causa irregularitatis, qui cum modera-
mine inculpata tunc agere possint? Negantium opinionem adheremus.
Quisio etiam cum moderamine inculpata tunc, si periculum, exco-
municatio non ligat, non agere possint, sed permissa est.

Delictio quocumque loco permissa est.
Etiam procedit, si in Ecclesia & in conspectu Regis fiat.
Quisio Utrum de Regibus, non solum pro se, sed etiam pro
tendis conjunctis vinculo sanguinis, & amicitiae? Affirmative opinio-
nem adheremus.
Nemo negabit, quod adversus Principem Superiorem vim injulle inferentem,
permittere debetis.
Non licet etiam solum minus injuriam occidere.
Quisio gravissima proponenda venit, Utrum dicitur etiam cum moderamine
inculpata tunc adversus aggressorem valeat se defendere? Negative pro-




CONIMBRICAE

EX TYP. REGAL. ARTUM COLLEGI. SOCIET. HEB. ANNO DNI. MD. LXX.



Volgaris tacita in pupillari expressio non suffragatur a pupillari non facit.



178

Conclusiones Juris
Civiles